sis omnibus sufficientem p[rae]stitam esse satisfactionem.

335 # Gorayski à Tutoria Witowskich recedit.

Comparens personaliter coram Officio Actisq[ue] p[rae]sentibus Castren[sibus] Capitaneal[ibus] Premislien[sibus] Gnosus Josephus a Goray Gorayski, sanus mente et corpore existens, a Certis Districtibus, Juribus Jurisdictionibus suis, quibuscunq[ue] proprijs et competentibus recedendo p[rae]senti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad Actum sive[?] Conat tinet, se cum Successoribus bonisq[ue] suis quatenus omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciens, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse e Tutoria p[rae]olim Illustrem ac Magnificum Stanislaum a Popow Witowski Castellanum Sendomirien[sem], liberis suis ex olim Magnifica Constantia de Wonorow Gaiewoszowna p[ro]genitis in persona sui recognitis in persona et ex persona p[rae]dictæ Magnificæ Gaiewoszowna, uti sui recognoscens Consanguinea, Iure naturali ad se recognoscens spectante, recedit eidemq[ue] tutoriæ tam iure quam naturali ad liberos p[rae]fatos se se extendenti abrenuntiat et per indispositionem p[rae]fatorum et Administrationem bonorum ipsorum liberorum id Recognoscens nunquam se antea ingessit ita et in futurum se non velle ingerere declarat, Liberam eorundem Liberorum et pupillorum tam in personis quam in bonis eorum dispositionem administrationem et curam alijs tutoribus de iure ad id pertinentibus concedens facultatem hac sua personali recognitione ad p[rae]missa mediante.

336 # Mankowski et Konopacki Robnt, idemq[ue] Konopacki Statuet.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis p[rae]sentibus Castrensibus Capitaneal[ibus] Premislien[sibus] Gnosi Mathæus Mankowski ab una et Mar-

tianus Konopacki Gnosi olim Martini Konopacki cum Gnosa Regina Wolkowiczowna Consorte eius legitima procreatus filius partibus ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Radmisliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, secum successoribus bonisque suis quibuscunque omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt. Et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem praedictus Gnosus Konopacki nomine supradictae Gnosae Reginae Wolkowiczowna Matris suae proquuius rati habitione cavet, ac de praesentibus inscribit nomine sibi mutuo et invicem una pars alteri, ac posteris utriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis quibuscunque omnibus summisque pecuniarum quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentem Intercisam certam inter se Recognoscentem Gnosum Mankowski ab una, et praedictam Gnosam Reginam Konopacka alterius partis Materem rationeque certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu et data illius die Radmislia Feria Sexta post festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima Anno praesenti Confectam et conscriptam, manibus sui recognoscentia propriis ab utrinque subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus punctis, clausulis, articulis, vadio, ligamentis, ac nexibus quibuscunque universis firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiter observare, omnibusque et singulis eius contentis, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem roboriam et Inscriptionem praesentem roboratoriam ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub vadio summae Trecentorum Triginta florenorum et grossorum sex polonicalium per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus is idem supradictus

2460

Gnosus Martinus Kroczecki unus Recognoscentium, se ac suos successores, in et super bonis suis quibuslibet oibq summisq pecuniarijs quibusuis habitis et habendis supradicto Gnoso Mathaeo Markowski eiusq posteris inscribit et obligat pntibq. Promittitan Gnosam Reginam Wolkowiczowna sui recognoscentis Matrem intra decursum Duodecim Septimanarum ad approbandam per ipsam inscriptionem pntem roboratoriam vel similem suo prointeresse faciendam ad Acta quaeuis authentica Rni vim perpetuitatis inde habentia vel in euentu Mortis successores illius adducere et personaliter statuere, ab eaq vel eius successoribus ut pmissa debite exequantur efficere idq sub vadio similis summae alionum Trecentorum Triginta florenorum et grossorum sex polonorum per eundem recognoscentem siue eius posteros supradicto Gnoso Mathaeo Markowski vel eius successoribq ob non statutionem eiusdem Gnosae Reginae Wolkowiczowna sui Recognoscentis Matris statuendae vel in euentu Mortis successorum illius pro tempore et loco superius expressis ad soluendum succumbendo. pro quibq quidem vadio vel vadijs modo pmisso ad soluendum succubitis, ac pro re aliqua principali ex contentis inter cisa pfata non completa complenda citata exnunc morata pars una pmissa non tenens siue eius posteri ad instantiam partis alterius pmissa tenentis et complentis, vel illius successoris ad officium pntis castrensis Capitanealis Premisliensis exnunc recessu supradicto. quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare sui parere reddere vadium pfatum luere, Inscriptioni huic satisfacere ac oe iudicatum pfati debebit et tenebitur se ac suos successores ad eadem oia inscribit et obligat pntibq illum terminum primum peremptum et alios oes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptos vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ac Exictorem vel alijs quibusuis citationibus et legalibus impedimentis non

F vel Varba

non differendo ad Quietationem praeterea Ultra praxis Offii Castrensis Capitaneatus Premisliensis Terrarum dilationem sibi non recipiens nullasque motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciens ac praemissa omnia praesentis Simplicibus Vel triplicatis Euasionibus, suspensionibus fatalijs Juris exceptione Terri bello Conuentionesque ac alijs omnibus Juris remedijs et defectis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sabbatho in Vigilia Festi Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 28/VI

336

Hermanowski Kochanowskiemu Cedit.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Joannes de Grochowice Hermanowski Sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesentique vero Castrensis Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet Secum Successoribusque bonisque suis quibusuis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse de omni et integro Jure suo infrascripto, nempe de Summa Quingentorum florenorum Polonicorum sibi Recognoscenti per Famatum olim Petrum Konradum Bodeystin Mercatorem Scabinum et Ciuem Premisliensem Contractu certo seu Intercisa inter praefatum Famatum Petrum Konradum Bodeistyn Ciuem Premisliensem ab Una seque recognoscentem